122

dcxxii Iareth · añ clxii · ḡ enoch · cuius super uixit · añ dccc · In hac generatione nusquam utriq · codi
ces discrepant · hunc enoch nonnulla diuina scripsisse iuda apostolo attestante comperimus ·
sed & beatus augustinus dicit · non frustra non sunt in eo canone scripturarum qui seruaba
tur in templo hebrei populi succedentium diligentia sacerdotum · nisi quia ob antiquita
tem suspectae fidei iudicata sunt · nec utrum haec essent quae ille scripsisset poterat inueniri ·
unde illa quae sub eius nomine proferuntur continent illas de gigantib; fabulas quod non
habuerint homines patres · recte a prudentibus iudicantur · non ipsius esse credenda ·
dclxxxvii Enoch · añ lxv · genuit matusalam · post cuius ortum uixit · ccc · annis · ambulauit cum dō ·
lxx · ante natum matusalam posuere clxv · annos · postea · cc · & bene in septima generatio
ne · enoch · qui interpraetatur dedicatio tulit a mortalibus dr̄ · quia ciuitas electorum in sex
huius saeculi pro dō laborans aetatib; in septima sabbati futuri gloriam dedicationis ex
pectat · At qui a reprobi sola praesentis sunt felicitate contenti · Cain ciuitatem quā statuit · n̄
in septima generatione · sed in primogenito enoch filio consecrat ·
dccclxxiiii Matusalam · annorum clxxxvii · genuit lamech · cuius super uixit · annis dcclxxxii · id est
usq · ad diluuium · lxx · ante natum lamech · clxvii ponunt annos · postea · dccc & duos ·
qui numerus ut lector facillime uidebit · iuxta hebraicam ueritatem · xx annis · iuxta ipso
rum uero auctoritatem xiiii · annis · diluuii tempora transit · De qua famosissima quae
stione doctissimi patres hieronimus in libro quaestionum hebraicarum · Augustinus in
libro de ciuitate dī · quinto decimo · plenissime disputant ·
m · lvi · Lamech · añ clxxxii · genuit noe · cuius super uixit · añ dxcv · lxx · ante natum noe ponunt
annos clxxxviii · & postea · dlxv · In hac sola generatione summa uniuersitatis discrepat
quia xxiiii annis plus uixisse lamech in hebreis · quam in lxx translatorum codicib; inuenitur ·
m dc lvi Noe anno · dc · uenit diluuium · mense secundo · xvii · die mensis · Sane de differentia annorū
inter hebream & lxx interpraetum auctoritatem · ne quis nos laceret nouas mouisse quae
stiones · Legat praefatorum patrum memorata opuscula · & intellegit hanc iam olim
notissimam fuisse distantiam · cuius originem distantiae cum beatus augustinus soller
tissime quaesisset · dixit in libro suprascripto capitulo xiii · inter alia sic · Credibilius er
go quis dixerit · cum prima de bibliotheca ptholomei describi ista coeperunt · tunc aliquid
tale fieri potuisse in codice uno · sed primitus inde descripto · unde iam latius emanaret ·
ubi potuit quidem accedere etiam scriptoris error · sed hoc in illa quaestione de uita matu
sale · non absurdum est suspicari · & post aliquanta recte fieri inquit nullo modo dubita
uerim · ut cum diuersum aliquid in utrisq · codicib; inuenitur · quando quidem ad fidē

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1449/0255